ÉPOCA III. LUNES, 12 DICIEMBRE DE 1910. NÚM 339

# BOLETIN OFICIAL
DEL
# OBISPADO DE MENORCA

**Sumario.**—Motu proprio: algunas leyes contra el modernismo y nueva fórmula de juramento (conclusión), pág. 227.—Mensaje del Episcopado Español á Su Santidad y contestación del Santísimo Padre, pág. 234.—Crónica de la Diócesis, pág. 237.—Negrología, pág. 241.—Suscripción para el Dinero de San Pedro, pág. 242.

## MOTU PROPIO
### *Quo quædam statuuntur leges ad Modernismi periculum propulsandum*

*(Conclusión)*

VII. Haec quae praecipimus ne forte oblivioni dentur, volumus et mandamus ut singularum dioecesum Episcopi, anno exacto ab editione praesentium litterarum, postea vero tertio quoque anno diligenti ac jurata enarratione referant ad Sedem Apostolicam de his quae hac Nostra Epistola decernuntur, itemque de doctrinis quae in clero vigent, praesertim autem in Seminariis ceterisque catholi-

cis institutis; iis non exceptis quae ordinarii auctoritate n :: subsunt. Idipsum Moderatoribus generalibus ordinu n religiosorum prosuis alumnis injungimus.

His quae plane confirmamus omnia sub poena temeratae conscientae abversus eos, qui dicto audientes esse renuerint, peculiaris quaedam adjicimus, quae ad sacrorum alumnos in Seminariis degentes et ad instituti religiosi tirones referuntur. In Seminariis quidem oportet partes omnes institutionis eo tandem aliquando conspirent ut dignus tali nomine formetur sacerdos. Nec enim existimare licet ejusmodi contubernia studiis dumtaxat at pietati patere. Utraque re institutio tota coalescit, suntque ipsa tamquam palaestrae ad sacram Christi militiam diuturna praeparatione fingendam. Ex iis igitur ut acies optime instructa prodeat, omnino sunt duae res nessariae, doctrina ad cultum mentis, virtus ad perfectionem animi. Altera postulat ut alumna sacrorum juventus iis artibus apprime erudiatur quae cum studiis rerum divinarum arctionem habent cognationem: alteram singularem exigit virtutis constantiaeque praestantiam. Videant ergo moderatores disciplinae et pietatis, quam de se quisque spem injicient alumni, introspiciantque singulorum quae sit indoles; utrum suo ingenio plus aequo indulgeant, aut spiritus profanos videantur sumere; sintne ad parendum dociles, in pietatem proni, de se non alte sentientes, disciplinae retinentes; rectore sibi fine proposito, an humanis ductis rationibus ad sacerdotii dignitatem contendant; utrum demque convenienti vitae sanctimonia doctrinaque polleant; aut certe, si quid horum desit, sincero promptoque animo conentur acquirere. Nec nimium difficultatis habet investigatio; siquidem vin tutum, quas diximusi defectum cito produnt et religionis officia ficto animo persoluta, et servata metus causa, non conscientiae voce, disciplina. Quam qui servili timore retineat, aut animi levitate contemptuve frangat, is a spe sacerdotii sancte fungendi abest quam longissime. Haud enim facile creditur, domesticae disciplinae contemptorem a publicis Eclesiae legibus minime discessurumt Hoc animo comparatum si quem deprehenderit sacri ephebei moderator, et si semel iterumque praemonitum, experimento

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

facto per annum, intellexerit a consuetudine sua non recedere, eum sic expellat, ut neque a se neque ad ullo episcopo sit in posterum recipiendus.

Duo igitur haec ad promovendos clericos omnino requirantur; innocentia vitae cum doctrinae sanctitate conjuncta: Neve illud praetereat praecepta ac monita, quibus episcopi sacris ordinibus initiandos compellant, non minus ad hos quam ad candidatos esse conversa, prout ibi dicitur: «Providendum, ut caelestis sapientia, probi, mores et diuturna justitiae observatio ad id electos commendet... Sint probi et maturi in scientia, simul et opere... eluceat in eis totius forma justitiae.»

Ac de vitae quidem probitate satis dictum esset, si haec a doctrina et opinionibus, quas quisque sibi tuendas assumpserit, posset facili negotio sejungi: Sed. ut est in proverbiorum libro: *Doctrina noscetur* (1); utque docet Apostolus: Qui... *non permanet in doctrina Christi, Deum non habet* (2). Quantum opera vero dandum sit addiscendis rebus multis equidem et variis, uel ipsa hujus aetatis conditio docet, nihil gloriosius efferentis quam lucem progredientis humanitatis. Quotquot igitur sunt ex ordine cleri si convenienter temporibus velint in suis versari muneribus; si cum fructu *exhortari in doctrina sana, ee eos, qui contradicunt, arguere:* (3) si opes ingenii in Ecclesiae utilitatem transferre, oportet cognitionem rerum assequantur, eamque minime vulgarem, et ad excelentiam doctrinae propius accedant. Luctandum est enim cum hostibus non imperitis, qui ad elegantiam studiorum scientiam saepe dolis consutam adjungunt, quorum speciosae vibrantesque sententiae magno verborum cursu sonituque feruntur, ut in iis videatur quasi quid peregrinum instrepere. Quapropter expedienda mature sunt arma, hoc, est, opima doctrinae seges comparanda omnibus, quicumque santissimis perarduisque muneribus in umbratili vita se accingunt. Verum, quia vita hominis iis

---

(1) Prov. XII. 8.
(2) II Joan 9.
(3) Tit, 1, 9.

est circumscripta limitibus ut ex uberrimo cognoscendarum rerum fonte vix detur aliquid summis labiis attingere, discendi quoque temperandus est ardor et retinenda Pauli sententia: *non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.* (1) Quare, quum clericis multa jam satis aeque gravia sint imposita studia, sive quae pertinent ad Fidei capita, ad mores, ad scientiam pietatis et officiorum, quam *asceticam* vocant, sive quae ad historiam Ecclesiae, ad jus canonicum, ad sacram eloquentiam referentur, ne juvenes aliis quaestionibus consectandis tempus terant et a studio precipuo distrahantur, omnino vetamus diaria quaevis et commentaria, quantumvis optima, ab iisdem legi, onerata moderatorum conscientia, qui ne id accidat religiose non caverint. Ut autem suspicio segregetur omnis clanculum se inferentis modernismi, non solum omnino servari volumus quae sub numero secundo superius praescripta sunt, sed praeterea praecipimus a ut singuli doctores, ante aus picandas ineunte anno praelectiones Antistiti suo textum exhibeant, quem sibi quisque in docendo proponerit, vel tractandas quaestiones, sive *theses*, deinde ut per annum ipsum exploretur sua cujusque magisterii ratio, quae si videatur à sana doctrina discendere, causa erit quamobrem doctor illico amoveatur. Denique, ut praeter fidei professionem, jusjurandum det Antistiti suo, secundum subjectam infra formulam, et subscripto nomine.

Jusjurandum hoc, praemisa Fidei professione per formulam a sa. me. Decessore Nostro Pio IV, praescriptam, cum adjectis definitionibus Concilii Vaticani, suo antistiti item dabunt:

I. Clerici majoribus initiandi; quorum singulis antea tradatur exemplar tum professionis fidei, tum formulae edendi jusjurandi, ut eas accurate praenoscant adjecta violati jusjuvandi ut infra, sanctione. II. Sacerdotes confesionibus excipiendis destinati et sacri concionatores, antequam facultate docentur ea munia exernendi. III. Parochi, Canonici, Beneficiarii ante ineundam beneficii posses-

---

(1) Rom. XII, 4.

sionem. IV. Oficiales in curiis episcopalibus et ecclesiasticis tribunalibus haud exceptis Vicario generali et judicibus. V. Adlecti concionibus habendis per quadragessimae tempus. VI. Officiales omnes in Romanis Congregationibus vel tribunalibus coram Cardinali Praefecto vel Secretario ejusdem sive Congregationis sive tribunalis. VII. Religiosorum familiarum Congregationumque Moderatores et Doctores antequam ineant officium. Professionis fidei, quam diximus, editisque jusjurandi documenta, peculiaribus in tabulis penes Curias episcopales adservemur, itemque penes Romanarum Congregationum sua quaeque officia. Si quis autem, quod Deus avertat, jusjurandum violare ausus fuerit, ad Santi Officii tribunal illico deferatur.

### *Jusjurandi Formula*

Ego... fimiter amplector ac recipio omnia et singula, quae ab inerranti Ecclesiae magisterio definita, adserta ac declarata sunt, praesertim ea doctrinae capita, quae hujus temporis erroribus directo adversantur. Ac primum quidem Deum, rerum omnium principium et finem, naturali rationis lumine per ea quae facta sunt, hoc est per *visibilia* creationis opera, tamquam causam per effectus, certo cognosci, adeoque demonstrari etiam posse, profiteor. Secundo, externa revelationis argumenta, hoc est facta divina, in primisque miracula et prophetias admitto et agnosco tanquam signa certissima divinitus ortae christianae Religionis, eademque teneo aetatum omnium atque hominum, etiam bujus temporis inteligentiae esse maxime accommodata. Tertio; Firma pariter fide credo, Ecclesiam, verbi revelati custodem et magistram, per ipsum verum atque historicum Christum, quum apud nos degeret, proxime ac directo institutam, eademque super Petrum, apostolicae hierarchiae principem ejusque in oevum succesores aedificatam. Quarto; Fidei doctrinam ab Apostolis per orthodoxos Patres eodem sensu eademque semper sententia ad nos usque transmissam, sincere recipio; ideoque prorsus rejicio haereticum commentum evolutionis dogmatum, ab uno in alinm sensum transeuntium, diversum ab eo, quem prius habuit Ecclesia: pariterque dam-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

no errorem omnem, quo, divino deposito, Christi Sponsae tradito ab Eaque fideliter custodiendo, sufficitur philosophicum inventum, vel creatio humanae conscientiae, hominum conatu sensim efformatae et in posterum indefinito progresu perficiendae. Quinto: certissime teneo ac sincere profiteor, Fidem non esse coecum sensum religionis e latebris *subcönscientiae* erumpentem, sub pressionis cordis et inflexionis voluntatis moraliter informatae, sed verum assensum intellectus veritati extrinsecus aceptae ex auditu, quo nempe, quae a Deo personali, creatore ac domino nostro dicta, testata et revelata sunt, vera ese credimus propter auctoritatem Dei summe veracis. Me etiam, quia par est reverentia. subjicio totoque animo adhaereo damnationibus, declarationibus, praescriptis omnibus quae in Encyclicis litteris «*Pascendi*» et in Decreto «*Lamentabili*» continentur, praesertim circa eam quam historiam dogmatum vocant. Idem reprobo errorem affirmantium, propositam ab Ecclesia fidem posse historiae repugnare, et catholica dogmata, quo sensu nunc intelliguntur, cum verioribus christianae religionis originibus componi non pose. Damno quoque ac rejicio eorum sententiam, qui dicunt christianarum hominem eruditiorem induere personam duplicem, aliam credentis aliam historici, quasi liceret historico ea retinere quae credentis fidei contradicunt, aut praemissas adstruere, ex quibus consequatur dogmata esse aut falsa aut dubia, modo haec directo non denegentur.

Reprobo pariter eam Scripturae Sanctae dijudicandae atque interpretandae rationem, quae, Ecclesiae traditione, analogia Fidei et Apostolicae Sedis normis posthabitis, *rationali tarum* commentis inhaeret, et criticen textus velut unicam supremanque regulam, haud minus licenter quam temere amplectitur. Sententiam praeterea illorum rejicio qui tenent, doctori disciplinae historicae theologicae tradendae, aut iis de rebus scribenti seponendam prius esse opinionem ante conceptam sive de supernaturali origtne catolicae traditionis sive promissa divinitus ope ad perennem conservationem uniuscujusque revelati veri: deinde scripta Patrum

singulorum interpretanda solis scientiae principiis, sacra qualibet auctoritate seclusa, eaque judicii libertate, quae profana quaevis monumenta solent investigari. In universum denique me alienissimum ab errore profiteor, quae *modernistae* tenent in sacra traditione nihil inesse divini: aut, quod longe deterius, pantheistico sensu illud admittunt; ita ut nihil jam restet nisi nudum factum et simplex, communibus historiae factis aequandum; hominum nempe sua industriae solertia ingenio scholam a Christo ejusque apostolis inchoatam per subsequentes aetates continuantium. Proinde fidem Patrum firmissime retineo et ad extremum vitae spiritum retinebo, de charismate *veritatis certo,* quod est, fuit eritque semper in *episcopatus ab Apostolis sucessione* (1); non ut id teneatur quod melius et aptius videri possit secundam suam cujusque aetatis culturam, sed ut *nunquam aliter credatur, numquam aliter* intelligatur absoluta et immutabilis veritas ab initio per Apostolos praedicata. (2) Haec omnia spondeo me fideliter, integre sincereque servaturum et inviolabiter custoditurum nusquam ab iis sive in docendo sive quomodolibet verbis scriptisque deflectendo. Sic spondeo, sic juro, sic me Deus etc.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die 1 Septembris, anno MDCCCCX, Pontificatus Nostri octavo.

PIUS P. P. X.

(1) Ire. 4, c. 26.
(2) Praescr. c. 28.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

# MENSAJE DEL EPISCOPADO ESPAÑOL Á SU SANTIDAD Y CONTESTACIÓN DEL SANTÍSIMO PADRE

EXCMO. Y RVDMO. SR. OBISPO DE MENORCA.

*Mi venerado Hermano: En nombre de todo el Episcopado Español, tuve el honor de elevar á Su Santidad, con fecha 12 de Octubre último, el siguiente Mensaje de adhesión:*

«BEATÍSIMO PADRE: Hasta nosotros ha llegado, Santisimo Padre, el eco de los lamentables sucesos recientemente ocurridos en Roma, añadiendo nuevos motivos de amargura á nuestro ánimo, ya bastante preocupado por el temor de ver á nuestra Patria envuelta en el insano empeño de cercenar los derechos sagrados de la Iglesia.

Los Obispos españoles creeríamos faltar á nuestras católicas tradiciones, y aún á nuestro deber, si no uniésemos nuestra protesta al grito de universal indignacion suscitada en todo el mundo por las inconsideradas palabras con que un Magistrado público que, únicamente por serlo, no debiera descender de las serenas regiones de la equidad y del respeto, ha creido conveniente escarnecer la dignidad augusta de V. S. y agraviar á millones de católicos que en vos saludan al Sucesor de San Pedro y al Vicario de Cristo.

La opinión sincera, aun la de aquellos que se inspiran en criterios poco benévolos para el Cristianismo, ha hecho ya plena justicia al triste discurso en que la primera autoridad de Roma, con un olvido de las mas elementales conveniencias comparable solamente á su desconocimiento de la historia del Pontificado, ha osado blasfemar de la más benéfica y civilizadora de las instituciones, y, arrogándose inconcebibles poderes, criticar ante la brecha de la Puerta Pia actos exclusivamente propios de la jurisdicción espiritual del Romano Pontifice.

¡Después de haber presenciado el inicuo despojo de los Estados Pontificios, solo nos faltaba ya ver al Vicario de

Cristo oficialmente insultado en esa misma Roma que á la sombra del Vaticano se hizo grande y que en sus tradiciones cristianas tiene sus más puras glorias!

Los Obispos españoles rechazamos indignados los ataques de la secta y nos asociamos al dolor de V. S. Desde hoy pondremos más empeño, si cabe, en acatar Vuestras enseñanzas y en secundar Vuestras órdenes, singularmente las contenidas en los documentos que han tenido el privilegio de concitar las iras de los enemigos de Cristo.

Si para esto necesitásemos de aliento, no lo recibiríamos pequeño al pensar que entre el cúmulo de males que nos amenazan, V. S. hallará consuelo en la inquebrantable adhesión del Episcopado, del Clero y de la inmensa mayoría del pueblo español, que no solamente sienten hacia V. S. el respeto que Vuestro carácter de Pastor suprema inspira, sino también la piadosa veneración que infunde la virtud y esa piadosa simpatía que nace de la persecución y se consolida con la amargura.

Con toda reverencia besan los pies de V. S.

(Siguen las firmas).»

Nuestro Santísimo Padre ha tenido la dignación de contestar al anterior Mensaje con la bellísima carta que á continuación transcribo:

«DILECTIS FILIIS NOSTRIS
GREGORIO MARIAE, TIT. S. JOANNIS ANTE PORTAM LATINAM
S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI AGUIRRE Y GARCIA
JOSEPHO MARIAE, TIT S. MARIAE TRANS PONTEM AELIUM
S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI MARTIN DE HERRERA
CETERISQUE
HISPANIAE ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS

**PIUS PP. X**

DILECTI FILII NOSTRI AC VENERABILES FRATRES,
SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Communes literæ, quas nuper ad Nos dedistis, studium redolent in Nos vestrum, haud ignotum quidem Nobis sed tamen gratum atque optatum. Mœrentem quippe opportuno

studetis solatio relevare ipsi vos, dilecti filii Nostri ac venerabiles fratres, quibus assiduas inter sollicitudines iam diu volvitur aetas. Vestri pene obliti Nostrique tantum memores visi estis quum, quæ in caput Nostrum, in quidquid est catholicis carum ac sacrum, non multis ante diebus, in ipsa luce Urbis, congestæ sunt, compellationes maledicas ac probosas ita exhorruistis ut eas nonnisi acerbissime tuleritis. Leniit sane ægritudinem Nostram mira haec conspiratio pietatis, cui pietas concinuit omnium quotquot sunt fusi per orben fidelium; vobisque omnibus, officii memores, meritam gratiam et agimus et habemus. Ceterum quæcunque et Nobis vobis tristia affera dies, ne fragant animum, neve obliviscamur eius corporis atque eius capitis membra nos esse qui, proposito sibi gaudio, sustinuit crucem. Cui quidem prompto alacrique animo coperferendæ, auxilio sit Apostolica, Benedictio, quam coelestium munerum auspicem Nostræque testem benevolentiæ, vobis, dilecti filii Nostri ac venerabiles fratres, Cleris populisque in quos vestræ evigilant curæ amantissime in Domino impertimus.

Datum Romæ apud S. Petrum die XXVI Octobris MCMX, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.»

Al tener el gusto de comunicarlo á V. E. se repite una vez más de V. E. afectisimo en Cristo Jesús. S. S. y Hermano.

† El Cardenal Aguirre.

*Toledo 10 Noviembre 1910.*

# CRÓNICA DE LA DIÓCESIS

Conforme estaba oportunamente anunciado el dia ocho del actual, fiesta de la Inmaculada Concepción, nuestro Excmo. Prelado celebró Misa de Pontifical, en la Santa Iglesia Catedral, dando, acabado el solemne Oficio, la bendición Papal á la muchedumbre que llenaba la referida iglesia. Asistió á la sagrada función el M. I. Ayuntamiento de esta ciudad y ocupó la sagrada cátedra el M. I. Sr. Magistral. La Capilla de Música interpretó la grandiosa misa en *la* del Mtro. H. Eslava.

—

Con gran solemnidad y notable concurrencia, se celebró en la Iglesia del Sagrado Corazón de Jesús, contigua al Convento de Religiosas Hijas de Ntra. Sra. (Enseñanza), la Novena que la Archicofradía de Hijas de María de Ciudadela, ofrece y consagra anualmente á su excelsa Madre Inmaculada. Ocupó el púlpito, todas las noches, el Rdo. Dr. D. José Tudurí, Pbro., Catedrático del Seminario. El templo artísticamente adornado, y el altar, convertido en jardin, iluminado por luces eléctricas, ofrecia en conjunto bellísimo efecto. Fué muy notable el número de asociadas que en la Misa matinal, celebrada el dia de la festividad, se acercaron á la Sagrada Mesa.

Asimismo en la iglesia de María Auxiliadora se celebró solemne novenario en honor de la Inmaculada, con sermon todas las noches. El dia de la festividad hubo Misa de comunión general concurridísima.

—

El dia de la Inmaculada, en el pueblo de San Luis, fué, según noticias, dia de verdadero júbilo; una fiesta magna. Las celosas Hijas de María, feligresas de aquella parroquia, se prepararon para celebrar la fiesta de su ex-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

celsa y amantisima Madre, con la piadosa práctica de ocho dias de santos Ejercicios.

Asimismo honraron á su Patrona con los devotos cultos de un solemne Triduo, en cuyos dias, todos los cánticos é himnos fueron cantados, con singular maestría, por una sección de dichas asociadas.

En el dia de la fiesta, tuvieron Misa de comunión general, solemne oficio y procesión, asistiendo á todos esos actos gran concurrencia de fieles y principalmente de Hijas de María.

—

Con la solemnidad y pompa acostumbradas, se celebró en la iglesia parroquial de San Francisco de Mahón, la fiesta de la Inmaculada Concepción, excelsa Patrona del arma de Infanteria, la que fué invitada al religioso acto. El templo presentaba espléndida decoración, realzada por millares de luces simétricamente combinadas.

Entre otras distinguidas personalidades asistieron á la brillantisima fiesta el Excmo Sr. Contralmirante de la escuadra surta en el puerto de dicha ciudad, los Muy ilustres Sr. Coronel de Infanteria D. Rafael Jaume, Gobernador militar accidental de esta isla, Sr. Delegado del Gobierno, señor Alcalde, señor Comandante de Marina, señor Juez de Instrucción y señores Jefes y Oficiales de todas las armas de la guarnición. Durante el solemne oficio, en el que fué celebrante el Rdo. Sr. Parroco de dicha parroquia, la banda del regimiento núm. 70 acompañó una inspirada partitura composición del Rdo. D. Damian Andreu, Pbro. Terminado el solemne oficio, se celebró la acostumbrada procesión, siendo llevada en andas la imágen de la Inmaculada por soldados de infantería. Fueron pendonista el Coronel de Infanteria señor Motta y cordonistas el Coronel de Ingenieros señor de la Maza y el Teniente Coronel de Caballeria señor Villares. Asistieron á ese acto los Muy Iltres. señor Delegado del Gobierno, se-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ñor Gobernador militar accidental, señor Comandante de Marina, señor Alcalde y varios señores concejales, cerrando la procesion un piquete y la banda del referido regimiento.

—

El domingo, dia cuatro del presente mes, hallandose llena de fieles la iglesia parroquial de San Clemente, el Rdo. Sr. Parroco de la misma, exhortó á los numerosos concurrentes que le acompañaran en las plegarias, que, al terminar el santo Sacrificio, se harían al Señor, en demanda de llúvias saludables para nuestros áridos campos. Todos aquellos buenos feligreses accedieron gustosos á la invitación de su Rector, rezando, con gran fervor, las Letanías de todos los Santos, y aún hicieron más, en justa correspondencia á las indicaciones de su estimado Párroco. Unos doscientos feligreses, recorrieron procesionalmente los alreñedores de aquella parroquia, elevando al cielo pública y fervorosa plegaria, con el mismo fin de alcanzar el anhelado beneficio de la llúvia, que tanto necesitan nuestros campos.

—

Las piadosas Hijas de María de Mahón tambien honraron con solemnisimos cultos á su Inmaculada Madre los dias martes, miercoles y jueves, anteriores á la fiesta, en la iglesia de las Religiosas Concepcionistas. El dia de la festividad se cantó á las diez solemne Misa Mayor predicando un oportuno sermón el Misionero Apostólico reverendo Sr. D. Jaime Tutzó, Pbro. El hermoso templo de las Concepcionistas se vió lleno todos los dias especialmente el último del solemne Triduo.

—

Nuestro Excmo. Prelado presidió la junta general de señoras y de caballeros de San Vicente celebrada ayer, en la iglesia de San Agustin. Su Excia. Ilma. el Sr. Obis-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

po dirigió su autorizada palabra á la concurrencia, encomiando la virtud de la caridad y recomendando eficazmente su práctica. La colecta entre las señoras produjo 54 pesetas y la de caballeros 118 pesetas.

—

Las Hijas de María del pueblo de San Cristóbal, han honrado á su Inmaculada Madre, en el dia de su fiesta, con Misa de Comunión general, solemne Oficio con sermón, y procesión con la imágen de la divina Madre, llevada en andas por cuatro jovencitas. Todos los actos viéronse muy concurridos. Se dió principio el mismo dia á una solemne Novena que dichas piadosas asociadas dedican a su excelsa Madre.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

# NECROLOGIA

El dia treinta del próximo pasado mes de Noviembre, falleció en Mahón, despues de recibidos los Santos Sacramentos y demás auxilios espirituales el Rdo. Sr. D. Juan Alzinà Mascaró, Pbro., Beneficiado de la parroquia de Santa María de dicha ciudad y capellan de la carcel pública de este partido, à la edad de 77 años. El finado à pesar de su avanzada edad prestaba importantes servicios, sobre todo en el confesionario, habiendo sido muy sentida su muerte. Pertenecia á la Hermandad de sufragios entre el clero de esta diócesis, teniendo cumplidas sus obligaciones.

R. I. I. A. E.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

## Suscripción para el Dinero de S. Pedro

| | Ptas. Cénts |
|---|---|
| Suma anterior. . . . . | 1630·51 |
| Excmo. Sr. Obispo, por Julio, Agosto y Septiembre . | 50·00 |
| Muy Iltre. Sr. Arcipreste, por id. id. id . . . . . . | 9·00 |
| » » » Arcediano, por id. id. id . . . . . . | 9·00 |
| » » » Maestrescuela, por id. id. id . . . . | 9·00 |
| » » » Serra, Canónigo. . . . . . . . . | 6'00 |
| » » » Doctoral, por id. id. id . . . . . . | 9·00 |
| » » » Magistral, por id. id. id . . . . . . | 9'00 |
| » » » Lectoral, por id. id. id. . . . . . | 9·00 |
| » » » Penitenciario, por id. id. id . . . . . | 9·00 |
| » » » Dalmedo, Canónigo por id. id. id . . | 6'00 |
| Sr. D. Antonio Taberner, Párroco por id. id. id. . . | 3'00 |
| » » Miguel Pons Gorrias, Pbro. por id. id. id . . | 6'00 |
| » » José Sintes, Pbro. por id. id. id . . . . . | 6 00 |
| » » Miguel Timoner, Párroco por id. id. id . . . | 3'00 |
| » » Lorenzo Villalonga, Pbro. por id. id. id . . . | 1·50 |
| » » Miguel Mayans, Pbro. por Enero hasta Julio . | 6'00 |
| Suma. . . . . . | 1781'01 |

*Imprenta del Sagrado Corazón de Jesús.—Ciudadela.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte